Buglossa sive lingua bovis quod idem est quia assimilatur in figura sua lingue bovis. et virtus eius prima est que calefacit et humectat. Secunda virtus est que cōfert tussientibus et asperitate pulmonis. Isto modo fiat potus. R: succi buglosse. lb. j. ysopi mellisse añ. m. ʃ. radicis lilii. radicis yreos. enule campane liquiricie añ. ℥. ʃ. ficuū siccarum numero. vii. bulianē singula cū aq̄. lb. ij. ad cōsumptōnē medietatis colatū

dulcoretur cum melle despumato ꝛ fiat potus admi-
nistrandus mane ꝛ sero tepefactus ꝑ qualibꝫ vice. ℥.
v. quo cõsumpto sequẽtes pillule sumanť circa medi
um noctis. ℞. masse pillulaꝝ de agarico. ʒ. j. agarici
℈. ß. salis gẽme g̃. j. misce cũ siropo de liquiricia ꝛ fi-
ant pillule. ix. Postea sumãtur ꝛ iapeniorũ vel diay-
ris salmonis ꝑ cõfortatiuis. Postremo vngať regio
toracis cũ vngẽto dialtee mane ꝛ sero cui misceať pa
rum olei amigdulaꝝ dulcium. Virtus eius tercia est
que letificat cor scꝫ qñ buglossa decoquitur cũ car-
nibus vel misceatur in oleribus que fiant ex buglos-
sa boragine ꝛ bletibus in iure carnium recencium de
coquendo. aut fiat decoctõ cũ vino qđ vinum simile
operatur Serapio. Et quando folia eius comburunť
istud valet fluxibilitati denciũ ꝛ gingiuiarũ. Idẽ va-
let ad alcolam ꝛ ꝓprie in ore pueroꝝ ꝛ in omĩbus ca
liditacibus que fiunt in ore. Et ꝓprietas eius est pur-
gare coleram ꝛ melãcoliam. ꝛ quãdo aliquis vult eã
sumere sumat succum eius cum sene pulverisato cum
parum zinciberis ꝛ parũ zucri. Mesue. Valet eciam
vt sumatur succus eius cũ bolo armeno ĩ cordiaca pas
sione miscendo parum de mellecrato. Pandecta.



Betonica Bethonich

Betonica est calida et sicca in tercio. habet virtutem abstergendi et incidendi grossos humores ideo valet ad frangendũ lapidem renũ ⁊ vesice ⁊ ꝓuocat mẽstrua Et valet in doloribus laterꝝ. Et valet cõtra opilationem splenis. ad hec omia confert decoctõ eius ⁊ scolopendrie ⁊ radicis feniculi cũ vino potando. Idem valet in ydropisi addendo radices brusti spargi notãter in causa frigida. Item pulvis betonice valet ad consolidandũ vulnera capitis cũ mirra et parũ croci

miscendo Item betonica decocta in aceto cum ede-
ra terrestri et parum piretri valet ad dolorem denciū
os abluendo. Aqua betonice cū puluere aloepatici ⁊
parum thucie puluerisate miscendo valet contra ob-
scuritatem visus imponendo oculis guttatim. Item
decoctio betonice in vino et parū absinthei ⁊ cubeba
ris valet ad dolorē capitis ꝯfortando neruos. Et be-
tonica cū spica celtica et cubebis in lixiuio cocta va
let contra vertiginem et dolorē capitis ipsum caput
crebre inde lauando. Idem valet cōtra epilenciam.
Item decoctio betonice cum aceto valet cōtra mor
suram aīalis venenosi desup applicando. Et vinum
decoctōnis ei⁹ cū paꝝ galange puluerisate valꝫ eru-
ctuatōni acetose: Itē decoctō radicis betonice ⁊ flo
rum cartami data in potu cū ydromelle facit potēter
vomere flecma. Item quando bibitur betonica cocta
in vino valet maliciei indicinaꝝ mortiferaꝝ. Serap̄.
Et vinum deccōnis betonice cum boloarmeno mi-
xtum valet spuentibus saguinē ex pectore. Cōfert eci
am vinum betonice cum ebulo ⁊ catapucia ꝺcoctum
contra atericā. Item valet colice passioni. Et vinum
betonice valet mulieri in partu nō febricitanti. Et fe
bricitanti valet aq̄ betonice. Pandecta. Serapio et
Platearius.



Braucaursina bernklaw

Braucaursina est herba calida et humida in secũdo gradu virtutem habz mollificandi et maturandi ⁊ leniendi. valet contra ariditatem neruoꝝ et membroꝝ ⁊ ad apostemtaa indurata. Et contra vicium splenis indurati fiat vngentũ ex braucaursina ⁊ radice altee ⁊ et seminibꝰ fenugreci et lini cũ oleo cõmũi buliat̃ ⁊ coleẽ colato addat̃ cere quod sufficit et fiat vngentum:

quod valet vniuersaliter ad omia apostemata indu-
rata et ad vicium pectoris ex flecmate fiscoso ibidem
peccante qd indiget mollificacone vt per viam screa
tus facilius euacuet et si loco olei comunis recipiatur
oleum amigdula᷑ dulcium ꝯfortat eo melius pect⁹
liniendo. Idem vngentum valȝ ad dolorem matricis
⁊ ad dolorẽ alioꝝ mẽbroꝝ ex frigiditate et ventosita
te quod sic potest dispẽsari. ℞. succi brauce vrsine. ʒ
iiij. sauine polegii arthimesie abrorotãi absinthei sal-
uie maiorane rorismarini añ. m. j. cinamomi spice ci-
mini galange añ. ʒ. ij. omia contundantur ⁊ bulian̄t
cum vino ad vini cõsumptõnem postea exprimat̄ suc
cus cui adde cere albe q̄ sufficit et fiat vngentũ mol
le spẽs supdictas in fine addendo et inde liniat̄ ven-
ter vel alia loca dolorosa ex flecmate seu ventositate
Brauca vrsina sedat dolorẽ iuncturaꝝ cum adipe an
seris ⁊ radice altee ⁊ parũ vini miscẽdo. simil̄r valȝ ad
extensionẽ mẽbroꝝ inde linita. Item decoctõ brau-
ce vrsine ⁊ folioꝝ altee ⁊ semĩe psilij in aqua valȝ cõ-
tra ardorẽ vrine ⁊ intestinoꝝ dolorẽ. Et precipue va
let cõtra sitim ⁊ apostema ipsius ani. et contra mor-
sum venenosi. Pandecta. Platearius ⁊c.



Bleta Piessen

Bleta est frigi. et humide cōplexionis et sunt due spe
cies alba et nigra. Alba habet virtutem abstergendi
et leniendi et humectandi ꝛ infrigidandi. Sed nigra
habet aliqualem stipticitatem ideo nigra stringit ven-
trem. sed alba sua humiditate laxat ventrem. ideo cō
stipatur valet decoctio blete in carnibus. Valz eciam
expurgando supfluitates capitis fiat inde sternutatori
um cū succo blete et melle et paꝝ zinciberis imponen
do naribus. Et succus eius cum sempuiua prohibet

generacōnem apostematis. Idem valet ad ignem sacrum mict ad erisipilam cū aceto mixtum. Et usus blete nimius mordicat stomachum et intestina. 7 ambe species sunt pauci nutrimenti ꝓpter nitrositatē que est ī eis Serapio. Sed bleta est bona in aperiendo opilationē splenis 7 epatis ab intra capiendo eius decoctionem cū scolopendria loco cibi. Item ex decoctōne eius radicis et abrotani abluitur caput aufert furfures et lendes capitis 7 pediculos. Item ex succo blete 7 sale nitri fiat mixtura qua abluat̄ morphea 7 confert. Idem valet ad ulcera fraudulenta putridam carnem abluendo. Idem valz ad ulceratōnem oris. Idē valz ad impetiginem et curat ulcera narium. Itē cum linitur caput cum succo blete 7 abrotani facit oriri pilos in alopicia. Item decoctio blete valet cōtra sitī et tussim. Et decoctō blete cū sinapi aut cū aceto comedit̄ spleneticis ꝯfert 7 eis est bōa medicina magis q̄ nutrimentum. Diascorides capitulo de bleta. Bleta epati laborantibus 7 spleneticis cū sinapi utilissime esui datur. Ignem sacrū 7 que adusta sunt cū albumine illinita restringit 7 ad incolumitatem reducit. Item succus blete auribus tepide parū infusus sedat dolorem aurium. Et liniatur cū eo cicatrix aufert eius liuorē seu nigredinem. Pandecta.



Bursapastoris taschel krawt

Bursapastoris siue sanguinaria est fri. complexionis habet virtutem stipticitādi. 7 sunt due species. vna habet folia in modū pere 7 dicitur bursapastoris. F alia dicit̃ centinodia 7 est herba serpens super terram habens folia in modū rute et semen habet circa folia et dicit̃ eciam lingua passerina . Hee herbe multum iuuant ad apostemata calida scilicet ad erisipilam

et valet similiter ad flecmones siue postulas rubicun das ex ca ore ideo bursa pastoris cum aceto cōtasa et ta ibus iam dictis applicata repercutit humores ne reumatisare habeant ad locū apostematum. Et sum mum est remedium dissintericis et emoptoicis deco ctō bursipastoris cū plantagine et boloarmeno cum aqua pluuiali decoquendo ⁊ inde bibatur donec ces set talis fluxus. sed ab extra sup intestina fiat catha plasma cum to a herba ipsius bursepastoris et plan taginis ⁊ boliarmeni ⁊ albuminis oui cum aqua plu uiali decoquēdo hoc magnum prestat in tali casu iu uamentum. Item succus bursepastoris est cōsolida tiuum vulnerum saguinosorum. Juuat eciam ad vlcera in auribus existencia repleta putredine pus ibi existens exiccat. Juuat eciam ad fluxum mēstruorum decoctō bur sepastoris et psecarie .i. herbe cū maculis nigris cum aqua pluuiali. Et cum eodē fiat fomētatō per inferi us circa femoralia. Succus eciam bibitus cū boloar meno mixtus emoptoicis medicatur et stranguriosis opitulatur. vrinam puocat. morsibus venenatis cum vino bibitus prodest dolorē aurium cōpescit. Et deco ctio bursepastoris cū semperuiua in aceto et applicata loco ignito valet contra ignem sacrum.



Berberus Paisselpere

Berberus est frigi. et sic. in secũdo. sed siluestris est sic. et fri. in fine tercii gradus. et est frutex cũ spinis. Et fructus eius est cum stipticitate forti vincenti colerã. Succus fructus eius cũ aqua plantaginis abscindit fluxum ventris inueteratum et humiditates a matrice fluentes. Et quando fit emplastrum cũ fructu berberis trito cũ succo diptami vel auricule muris attrahit sagittas infixas carni vel spinas et alia similia. Et succ⁹ fruct⁹ berbari aufert siti calida et fortificat

stomachum et epar preter naturaliter calefacta vicō colere: Et succus berberi cū aqua rosaꝝ valet aposte matibus calidis cum albumine oui miscendo ipis sup positum. Et cōfert valde fluxui sanguinis ꝓuenientis ex rasura intestinoꝝ. succus fructus berberi cū aqua plantaginis cū parū mastice miscendo. Valet eciā contra calefactōnem epatis succus berberi cū aqua endiuie ꝛ paꝝ sandali rubei miscendo et epar epithimando crebre donec perpendas eius infrigidatōnem. Valet eciam cōtra discrasiam febrilem notanter in febre terciana isto modo. R. succi berberorum succi endiuie aā lb. ß flor violaꝝ. m. j. seminū quatuor frigidoꝝ. ʒ. ij prunoꝝ damascemi numero. vij. omnia buliātur ī aq̄ simplici lb. jß. ad cōsumptōnem tercie ptis colādo colatū dulcorando cū zucro albo et fiat sirop⁹ sumēdus vt sup̄ dictū est in aliis capitulis quo ꝯsumpto sequentes pillule sumanť. R. masse pillulaꝝ de reubar. ℈. ij. masse pillulaꝝ de fumoterre. ℈. diagredii grā. iiij misce cū siropo de endiuia ꝛ fiant pillule. ix. sequēti die sumanť diaradon albať vel triasandali ꝓ confortatiuis. postea epithimando epar vt supra. Pandacta. Platearius.



Baselicon basilgrim

Baseliconis due sunt species. vna est garioffilata qȝ habet odorē garioffiloꝝ. et est cali. in primo gradu et siccū in scdo. ⁊ est maioris efficacie. Platearius auctoritate cōstantini. sed citrinum est calidū ⁊ sic. in primo ⁊ cum reperitur baselicon in receptis semen intelligitur in medicinis sed in emplastris ipsa herba sumitur. Et sua aromaticitate habet virtutē cōfortandi et dissoluendi. ꝯsumendi. abstergēdi ⁊ mundificādi Pādecta auctoritate diascoridis. cap. d ozimo vl' baselicō e

ꝙ virtus eius inter medicos penitus sit incerta. et di-
cunt ꝙ sit inutilis stomacho et oculos ebetat et insa-
niam facit. Et quando baselicon putrefit in sole con
tingit vermes generari ex ea herba. Et putant aliqui
ꝙ si quis eo die quo baseliconem sumpserit a scorpio
ne ferietur non posse saluari. sed hec opinio falsa est
Pandecta imo stomacho ꝓdest eo ꝙ inflatões ei⁹
dissoluit et valet ad alia iuuamēta qm̄ valet ad sinco
pim et cordiacam passionē. detur aqua decoctõis vł
vinū decoctõis ei⁹ cū citro in modū infusionis ꝑ no
ctem. Ipsa herba valet infrigidacõne stomachi. hoc
modo decoquatur in vino cū mēta ⁊ galanga. Sic idē
valet contra indigestionem ex frigiditate Valet eciā
ad fluxum ventris ex frigiditate principaliter ad lien
teriam que dicitur fluxus ventris cibalis tali mō. Re
cipiatur semen baseliconis cū parū acacie.i.succi pru-
noꝝ.agrestū in aqua pluuiali et detur pacienti et va-
lebit. Valet eciam ad matricem mundificandā ⁊ men
strua ꝓuocanda fiat decoctō eius cū arthimesia ⁊ fo-
lijs lauri et fomentet matrix et fiat inde pessariū si-
ne suppositorium ad vuluam. hoc idem valet ad con
ceptum. Ipsa herba baselicon et tarusbarbatus cū
vino cocta cū oleo mirta ⁊ cathaplasmata anchis iu
uat ad ... benasmonem. Baselicon comestū in olerib⁹
prestat bonū anhelitū. Et decocito ei⁹ cū vino bibita
valet doloribus oculoꝝ. Pandecta. Platearius.



Brionia Brionich oder wilde weinreben.

Brionia est calide et sicce complexionis scz tota herba scz folia fruct⁹ ꝛ radix ꝛ habent virtutem abstergendi et subtiliandi ꝛ dissoluendi ideo valent in duricie splenis faciendo emplastrū ex eo et radice altee et ficubus cū aqua decoquendo cum auxugia porci ꝛ loco indurato ipsius splenis applicando vel alio mēbro indurato ꝛ valebit. Itē cū succo brionie abradunť

pili corioꝝ .Et succus brionie cũ sale cõmuni cõfert vlceribus fraudulentis quando abluũtur cũ eo. Jdẽ valet curando fixuras tibiaꝝ. Item radix eius cõtusa cum fenugreco .⁊ orobo ⁊ aceto quo abluatur cutis mũdificat et abstergit eam ⁊ aufert pannũ ⁊ vestigia nigra ⁊ cicatrices vlceꝝ ⁊ aufert liuorem sub oculo. Et succus brionie mixtus cum oleo et parũ cere fiat vngentum ad fistulas ani et sedat dolorem Et sumitas huius herbe in principio sue maturitatis coquitur cũ feniculo ⁊ petrosilino ⁊ bibitur ꝓuocat vrinã ⁊ laxat ventrem. Et quando fit emplastrũ ex decoctõe brionie cũ vino sedat pãnericium .i. apostemata in vngue ⁊ eciam resoluit apostemata et aperit ea. Extrahit eciam ossa in vlceribus et putridã carnem. Ungentũ ex succo eius et viride eciam factum cum parum olei et cere. Et vinum dcoctõnis eius valet ad apoplexiam et epilenciam et occidit fetum. et cõfert morsibus tiri et parum inde sumere debet et si nimis sumat de ea accidit ꝑmixtio racõnis doſ eius est. ʒ. ij. Et quãdo mulier subicit brioniam sibi expellit fetum ⁊ secũdinam Et si bibitur eius decoctio cum vino ꝓuocat vrinam et menstruum .⁊ quãdo fit sessio sup idẽ per mulierem mundificat matricem. Juuamentũ eciã facit ad apostema saniosum rumpendum fiat emplastꝝ cũ brionia et altea ⁊ auxugia porci inutuo cocta Serapio. Auicenna. Pandecta.



Cicorea wegwart

Cicorea est frigida et hũida in scdo. Et sunt due species. vna agrestis. alia ortulana. Et ortulana magis ĩ frigidat q̃ siluestris. Succus eius valet cõtra opilatõnem epatis ⁊ eius calefactõnem isto mõ sumendo ℞. succi cicoree et endiuie scolopendrie añ. lb. ʃ. flor violarũ vuar passular añ. ℥. ʃ. quatuor seminum frigidor. seminis lactuce seminis portulace. añ. ʒ. ij spodij. ʒ. j. omnia contusa bulliantur cum. lb. ij. aque simplicis et parum aceti ad consumptionem medietatis

colatum dulcorando cū zucaro albo et fiat siropus q̄
vtatur mane et sero tepide vt supra. quo siropo con-
sumpto sequētes pillule sumantur. ℞. masse pillula
rum de reubarbaro. ℈. ij. masse pillulaꝝ stomaticarū
℈. j diagredii gra. iij. misce cum siropo de endiuia et
fiant pillule. ix. Altera die sumat diaradō albatis vl'
triasandali vel diadragantū frigidū pro confortatis.
Et ab extra fiat inunctio sup̱ mineram epatis cū vn-
gento triasandali vl' fiat epithimia sup̱ epar cum aq̄
endiuie miscendo puluerisatū sandalū rubeum cū pan
nis lineis imbibitis in ipso epati applicatis. Succꝰ
eciam cicoree iuuamentū prestat morsui aialis vene
nosi. Idem valet erisipule seu apostemati ignito cum
sauich ordei siue ordeo fracto cum aceto miscendo et
parum ceruse inde fit vngentū vtile vbi oportet ifri-
gidare. Succus cicoree mixtus cū succo altee ⁊ her-
ba palaf. cum oleo lini et parum croci miscendo va-
let ad podagram notanter sedando dolorem eius.
Item aqua cicoree mixta cū nitro siue sale nitri va-
let contra morfeam ipsam abluendo crebre. Pande-
cta. Item succus eius cum aqua lactuce valet cōfor
tando cor. Auicēna de viribus cordis.



Calamẽtum Staimmũtz

Calamentũ est calidum et siccum in tercio gradu. Et sunt tres species. vna est in odore suo et in folijs simi lis polegio nisi ꝙ folia sunt maiora. ꝛ aliqui nominãt illud polegiũ agreste. Et scd'a spẽs nominatᷣ nepita. Et est tercia species simil'is mente agresti nisi qꝛ folia sunt longiora folijs mẽte. Pandecta. Serapio auto ritate ga. quando bibitur succus eiꝰ cum aqua mellis ꝓuocat sudorem. Et calamentũ tritũ cum oleo ꝛ pa rum salis ꝛ parum aceti quo vnganᷣ pulsus manuum

et pedũ confert rigoribus parioticis ante poriſmum per horam vngendo. Jdem valet ſciatice paſſioni ipſam ſciam inde vngendo. Et ſuccus calamenti cũ vino ſumptus vel decoctio eius in vino ſumpta in potu prouocat menſtrua efficaciter. Et quando calamẽtum ſumitur in medicinis cõferentibus leproſis multum cõfert ipſis reſoluẽdo humores reſolutõne forti. Et eius emplaſtratio cum vino aufert liuorem ſub oculo. Et quando ſumitur ſuccus eius in potu vl' miſcetur in cliſteri occidit aſcarides ⁊ lumbricos Et occidit ſimiliter vermes qui generant̃ in auribus et i vlceribus profundis. Et quando fit peſſarium ex calamento cõtuſo cũ par vini occidit ⁊ expellit fetum igitur inſciſiua quedam virtus ĩeſt ei ꝓpter caliditatẽ eius ⁊ ſubtillitatem parcium et ei⁹ amaritudinẽ. Et ſola herba in potu data cõfert aſmaticis ⁊ ictericis ꝓpter amaritudinẽ maxime apiendo epatis opilatiõz vnde bibita decoctõ eius vrinam ꝓuocat ⁊ morſib venenatis occurrit eius ſuccus quo vngatur cutis leſa et torſionibus vel cõquaſſacõnibus membroꝝ ſubuenit. Et bibitum calamẽtũ cũ vino venenũ amputat Et comeſtũ ⁊ bibitũ ſtomaticis p̃ſtat effectũ: Et ſuo fumigio ſerpentes de domibus fugat. vnde nobiliſſimis antidotis meruit aſcribi. Pandecta. et hodie a medicis dialcamentũ predicatur.



Centaurea fieberkrawt

Centaurea calida et sicca in tercō gradu.et sunt due species scʒ maior et minor.et est cōsolidatiua tantū qꝫ si radix centauree maioris ponatur in olla buliente i qua.sunt carnes separate eas cōglutinat.Et si recēs ponatur sup vulnus cōsolidat vehementer.ꝛ similiť exiccata pulnerisata idem facit.Radix centauree maioris sumpta in potu cū liquiricia valet in sputo sanguinis.Item decoctio centauree maioris vľ minoris cum scolopēdria et vuispassulis et liquiricia ꝛ colatū

apostematibus calidis resoluit ea. Item semen atri-
plicis cũ aqua raffani ꝛ paꝝ croci miscẽdo de quo su
mat̃ sobrie bonã quãtitatẽ tepifactã ꝓuocãdo vomi-
tũ. ꝛ nõ solũ prouocat vomitũ sed eciã assellare facit
ymmo assumptio solius succi atriplicis in quãtitate
ʒ.ii. vl'. ʒ.iii. facit vomere ꝛ assellare Serapio. Et at-
plex cõtusa cũ semp viua ꝛ aceto valꝫ conf̃ ignẽ sacꝝ
Atriplex eciã trita cũ melle valet curãdo feruorẽ po
dagre. Et folia eius cõmesta ĩ iure carniũ vel cũ ole
ribus dolorẽ vesice amputat. Et comestũ cũ bletibꝰ
ꝛ mercuriali febres acutas extinguit. Et lumbricos
educit miscẽdo succũ atriplicis cũ semĩe lũbricorum.
Comestũ dissintericis auxiliat̃. Atriplex cõtusum cũ
radice altee ꝛ suppositũ matricis dolorẽ mitigat.
Itẽ atriplex cruda siue cocta omnes duricies sanat
addẽdo radicẽ altee ꝛ semẽ fenugreci ꝛ semẽ lini cũ
parũ butiri cõtũdendo. Itẽ succus atriplicis cũ mel-
le mixtus valꝫ dolori vnguium siue vlcere. Atriplex
domestica multũ frigidior ẽ agresti. q̃propt̃ flecmati
bus cõfert cõtusa cũ aceto applicata. Atriplex ĩ ole
ribus comesta bene nutrit. Ictericis vero ꝛ calidum
epar habentibus beneficiũ prestat.



Cartamus wildesaffran.

Cartamus est cali.in primo et siccū in scđo gradu. ꝛ melior pars plante ipsius est semen post illud flos ei us.Est autem cartamus aperitiuꝰ.abstersiuus .cōtur batiuus faciens nauseam.ideo inest ei virtus ꝓuoca tiua vomitus et laxatiua per ventrem et multū nocꝫ stomacho faciens fastidium.sed est debilis solutio- nis ideo additur ei parum zinciberis pro rectificatō ne.sed ꝙ nocet stomacho emendať cū galanga vł ma cibus.Semen cartami datum cū paꝝ mellis despūati

et parum galange purgat ventrem. Item flos cartami tritus mixtus cũ aceto et liniatur sup malam carnem siue impetiginem aufert eam. Et idẽ auctoritate mesue linitum sup linguam puerorum vł os vlceratum confert. Cartami flores decocti cũ vino ab extra applicando lac coagulatum dissoluit et dissolutum coagulat. et laxat humores flecmaticos et adustos cum parum zinciberis miscendo. Decoquitur eciã medulla seminis cartami cũ speciebus vt supra in iure galli. et multum valebit pro eductõne flecmatis peccãtis ĩ pectore seu stomacho p vomitum similit per ventrẽ Idem valet in colica per viam clisteris. Decoctio vero floris cartami in aqua mellis remouet ictericiam. Valet eciam potus florum cartami contra puncturã scorpionis. Item lac amigdularum dulcium cũ succo seminum cartami et aqua ordei aut psilij cũ aniso et parum mellis fiat decoctõ et colatura qđ valz in dissinteria et dicũt multũ valere. et quãtitas illius p vna dosi est. ʒ. vj. Item flores cartami cõtusi cũ aceto et puncture scorpionis appositum ꝯfert. Et quidam putãt q si percussus a scorpione si tenuerit radicẽ cartami non senciet dolorem. et qñ pꝛicit eam senciet. Itẽ gallus antiquus virga percussus et illico interfectus et deplumatus et in eius ventre ponat̃ de cartamo et polipodio et aniso et calamento et cinamomo et buliatur ĩ aqua cuius ius multum valebit ad predicta. Pandecta. Platearius.



hundts

Cinoglossa Ochsenzungen

Cinoglossa.i.lingua canis .et dicit᷑ a cinos quod est canis ⁊ glossos qđ est lingua .⁊ est herba sil'is arnoglosse.nisi qꝛ sunt ei coste appntes ĩ folijs.Ei⁹ succ⁹ mixtus cū aceto medet᷑ vlceribꝫ oris ⁊ alijs vlceribus fraudulentis.Et est frigide complexionis ⁊ sicce.Et eius succus cum sutco plantaginis ⁊ radicis yreos ⁊ paꝝ mellis vꝫ ad alcolā siue apostema oris vlcerati

Et balneum decoctõnis cinoglosse cum plantagine et bursepastoris valet cõtra geomorream. ꝛ post bal neũ fomentenť genitalia cũ ꝺcoctõne floꝝ agnicasti ꝛ paꝝ castorei ꝛ aceti. Vel fiat potus cũ semine lactu ce psilij citrulli melonũ cucumeris portulace storio le. sumat cũ aceto ꝛ agresta qui pot⁹ extinguit libidi nem inspissando sperma. Alia autem sunt inanitiua spiritus consumendo sperma ꝛ ventositates vt agn⁹ castus ruta maiorana calamentũ ciminum anetũ sunt enim aperitiua ꝛ resolutiua Plateari⁹ capitulo ag nuscastus. Confert eciam decoctõ cinoglosse contra viscositatem stomachi et contra discrasiam pulmõis ex calida causa cũ aqua mellis ministrando. Item ac cipias linguam canis siue cinoglossam cũ corde ra nicule ꝛ eius matrice pone vbi vis ꝛ post modicũ tem poris cõgregabunť omnes canes ville ꝛ si predictum sub pollice pedis habueris omnes canes obmutescẽt nec poterint latrare. Et si predictum in collo alicui⁹ canis posueris ita ꝙ non possit ore attingere semper vertetur ĩ circuitu ad modũ rote volubilis donec ca dat in terrã velut mortuus. ꝛ hoc est exptum nostro tempe. Albertus de virtutibus herbaꝝ.



Camomilla   Camillen

Camomilla est calida ⁊ sicca in pꝛimo. habet virtutē mollificandi et dissoluendi. frondes et floꝛes sunt eq̃lis virtutis. Et aqua decoctōnis eiꝰ cū arthimesia cū qua fomentetur matrix valꝫ ꝓuocando menstruum Idem valet mulieribus difficulter parientibꝫ. Decoctio floꝝ camomillaꝝ et extremitatū absinthei ⁊ radicū feniculi petrosilini ⁊ quatuoꝛ seminum frigidoꝝ in vino cū zucro albo dulcoꝛando de quo bibat̃ valꝫ [illegible]ido lapidē expellēdo. inflatōꝫ splenis

et dolorē epatis ꝛ ylioꝝ dissoluit ꝛ ictericiam curat. Confert eciam decoctō camomillaꝝ ꝛ floꝝ violaꝝ ꝛ quatuoꝛ seminū frigidaꝝ ꝛ se. lactuce ꝛ endiuie cū liq ricia ꝛ ficub cū aqua ꝛ paꝝ zucri miscēdo in potu ex bibendo valet ꝑipulmoniacis ꝛ epaticis. Itē flores camomillaꝝ cū aceto et paꝝ salis comūis ꝛ oleo ei mutuo cōquassata valꝫ febribus ꝑioticis pulsum ma nuum ꝛ pedum inde emplastrando ante horā ꝑori= smi. Sed cū oleo camomillaꝝ vngatur dorsum paci= entis febrem tercianā valet cōtra rigorem ei. Et cū aliquis fuerit fatigatus ꝓpter laborē tunc inungatur dorsum cū oleo eius ꝛ oleo aneti ꝛ de mane nihil sen ciet. Et dcoctō ei ꝛ arthimesie i vīo bibita ꝛ suppo sita fomēto mēstruis imperat aborsum celebrat cal= culos frangit. vrinā ꝓuocat. torsionib et inflacōni= bus auxiliatur: Est autē extenuatoria ꝛ ꝓpterea diu= retica est et relaxatiua cōdensat ꝛ arefacit. ideo i do= lorib multum iuuat. Itē flores camomillaꝝ i oleo cocti cum quo vngant ypocūdria dolorē sedat Item sedat dolorē capitis et oculoꝝ. Epaticis succus eius potui dat precipue febricitātib cū aqua endiuie mi= rifice ꝓdest Pādecta. Camomilla sedat dolorē apo stematum mollificādo ꝛ resoluendo. Auicēna.



Camepitheos Grosz gamandre

Camepitheos calidũ et siccũ in scd'o gradu. et dicitur camedros maior. Habet virtutem diureticam mundificatiuam et laxatiuam. et est resolutiuum ventositatũ et attenuatiuum grossoꝝ humoꝝ. ideo valet contra opilatõnem splenis et epatis atq; matricis. vrinã pꝛouocat et menstrua extirpat et ictericiã curat et nefresi auxiliatur et intestina purgat. Jsto modo fiat potus.

R.camepitheos arthimesie scolopendrie.añ.m.vnũ radicum brusti spargi seminũ feniculi petrosilini añ. ʒ.ij.omnia bulianẽ in vino et aqua ad cõsumptõnem tercie partis.colatum dulcoretur cũ zucro ⁊ fiat potus qui ad omnia predicta presidium prestat.Et succus camepitheos cũ mellicrato et bibiẽ valet strãgurie.Et succus camepitheos habet virtutem cõsolidandi vulnera magna.et curat plagas putridas et resolnit duricies mamillaꝝ miscẽdo succo ei⁹ farinã fenu greci et farinam seminis lini cũ succo radicũ altee.Et quando bibiẽ de succo camepitheos cũ ydromelle.xl diebus curat ytericiam.et valet in potu egritudinibus epatis ad stranguiream et dolorẽ renũ ⁊ ad pũctiones intestinoꝝ.Item succus camepitheos cũ succo caulium cũ melle miscendo valet ad conglutinãdũ vulnera ⁊ ꝓhibꝫ dilatacõnes formice ⁊ alioꝝ apostematum de putredine multum corrosiua.Itẽ ꝓuluis camepitheos cũ melle datus valet cõtra lumbricos cum succo centauree miscẽdo.Item succus ei⁹ cum succo premule veris vl' succo herbe palisis ĩ vino cocta miscendo castoreum quo inungatur locus paliticatus magnum prestat iuuamẽtum.Et decoctio camepitheos cũ abrotano ⁊ vino ⁊ zucro miscẽdo in potu data matricem infrigidatã calefacit ⁊ mũdificat a superfluitatibꝰ flecmaticis Pandecta



Capill⁹ veneris. stainrutte

Capillus veneris alio nomīe adiautas Pandecta et Johānes mesue ca. de capillo veneris dicitur capil-lus foncium et scdm quosdā coriandrū putei nuncu-patur. Et est herba cuius folia sunt similia folijs cori andri. Et ꝯm diascoridem dicitur poletricon que om nia in idem redeunt. Nascit̄ in locis umbrosis ⁊ aquo sis et parietibꝫ humidis et circa fontes. frigide ⁊ sic-ce est cōplexionis tempate. Plateariꝰ. virtutē habꝫ diureticam. recens est multe efficacie. exiccatus pauce

virtutis.herba utilis est non radix. Confert contra calefactõnem epatis et febri terciane post ex eo fa-ctus siropus. R.aque decoctõnis eius 7 endiuie 7 sco lopendrie cũ seminibꝫ quatuor frigi.et semi.portula ce 7 lactuce et ex hys fiat siropus cũ zucro quo utatur mane 7 sero pro qualibꝫ vice in quantitate medij ciphi Deinceps sumantur pillule de reabarbaro cũ acumie trium granorum diagredij.vel loco pillularum.R. electu arij de succo ros.diasene añ.ʒ.ij.cass fistule.ʒ.iij.misce 7 fiat bolus.Postea sumant triasandalũ vel diadra gantũ pro cõforta iuis.Capill⁹veneris facit oriri ca pillos in alopicia 7 dissoluit scrofulas.ei⁹ succ⁹ mi xtus cũ succo abrotani et parum mellis quo liniatur lo-cus depilatus.vel ponantur ipsa ad lixiuium quo ab luatur locus depilatus ratificando cutem callosam i de liniatur locus talis cũ succis et melle ut sup.Itẽ succus capilliveneris cũ semine feniculi et milij solis decoctus cũ vino frangit lapidem.7 iuuat ad exereã-dũ humores flecmaticos in pectore peccantes cũ suc co yreos 7 parum zucri miscẽdo.Serapio.Item elixatu ra capilliveneris 7 scolopendrie in vino valet opila-tioni splenis 7 epatis et strãguirie.et abscindit fluxũ sanguinis.Pandecta.



Cepe zwifal

Cepe calide sunt in quarto cū aliquali humiditate. et cepe longe ⁊ rubei coloris sunt acutiores rotundis ⁊ cepis albis ⁊ ē apitiua q apit orificia venaꝝ q̄ sunt ī ano ideo aperiunt cepe emorroidas qñ applicantur ano. Et prouocant menstrua applicando cepe ī modum pessarij. Item cepe est inflatiua ⁊ difficilis digestionis notanter cruda. Et cepe cocta calefacit corpus et subtiliat in ipo grossos humores flecmaticos ·o hominibꝫ colericis nocet. sed ipsis flecmaticis

et habundantibꝫ flecmate viscoso et crudo cōfert. qꝛ cepe inscindit et subtiliat grossos humores ideo tali bus epulas prestat tutas. Item cepe generāt sitim et mordicāt ⁊ gignunt ventositates molliunt ventrē .et fit ex eis suppositorium. Et succus ceparū mixtus cū puluere maiorane et paꝝ zinciberis naribus inflatus purgat caput. et dicit̄ caput purgium. Et cepa cōtu-sa cū aqua et ruta valet in morsu canis rabidi. Et ce-pe mixta cū nido yrundinū ⁊ melle prestat squināncie presidium ab extra applicādo. Item cepe cōtusa cum aceto ⁊ inde linatur morfea in sole et cōfert. Et quā-do succus cepaꝝ cū tutbia miscet̄ et applicat̄ oc̄lis vꝫ ad pruritum oculorum qui a flacmate salso causat̄. et quando miscet̄ cum sale er admistrat̄ sup̄ verucas au-fert eas. Et quādo succus eius miscet̄ cū adipe galli ne ⁊ apponitur aufert calles seu nodos qui fiunt ī pe dibꝫ ꝓpter calciamēta. Et succus cepaꝝ distillatus in aurem cōfert debilitati auditus ⁊ in tinitu eius ⁊ aq̄ descendēti in eam. Et quando linit̄ succus eius cū suc co abrotani sup̄ alopiciam facit nasci pilos. et circa barbam inunctus facit eam accelerare quia fricatō fa cta cū cepis aperit poros et inde aptat̄ locus ꝑ cre-scencia piloꝝ in longum ⁊ hoc habet̄ pro expto. Se-rapio. Item cepe valent ad prouocādū coitū. Et fre-quenter cōestū obtenebrant visum. Item inducit som num quia replet caput vaporibꝫ.



Coriandrum Coriander

Coriandrū est planta cuius semine cōmuniter vtimur in medicinis ꝛ est frigidū in primo ꝛ siccum in secun-do Auicēna. Sed Serapio dicit ipsum declinare ad caliditatem. simil'r Galienus. Sed Diascorides cōtra dicit ꝛ vult ꝙ sit frigidū. Nota succus ei⁹ valz apo stematibus calidis cū aceto ꝛ succo sempviue miscen do. Item succus coriandri cū farina fabaꝝ et furfure tritici cū rosis ꝛ aceto miscendo remouet inflatōnē te sticuloꝝ ipsis applicando. Item coriandrū ꝑparatū

cum aceto post prandium comestum valz ad ꝓhibēn dum ascensum vapoꝝ ad caput ideo epilencia ꝓueni ens ex vapoꝝ exalatōne ad caput ꝑ coriandoꝝ post prandium comestum curat̃.et coriandoꝝ ꝓparatū pul uerisatum cū succo plantaginis bibitū valet cōtra flu xum sanguinis.et succus ei⁹ cum aceto valet contra ignem sacꝝ. Item semen ei⁹ cū aqua plantaginis po tatum a muliere ilico stringit mēstruum ⁊ fluxum vē tris patet expiencia Pandecta.c.de coriandro. Co riandrū recens est frigidū narcoticū inducēs sincopi ⁊ stuporem quia suo oderatu cōgelat vapores et fu mositates ascendere ad caput ideo valet in soda siue dolore capitis.et valet ebrietati.ideo ponit̃ i cibis epi lenticoꝝ qm̄ cause epilēcie sunt vapores ascēdētes a stomacho. Et aqua infusionis coriandri cū zucro ab scindit virge erectōnē ⁊ desiccat sperma. Itē succus coriandri naribꝫ inflatus restringit saguinē narium : Idem fit quādo oderat̃. Item succus coriandri cum succo sempuiue ⁊ aceti cū pane miscēdo valz applica re in erisipila vel apostematibꝫ calidis. Vel miscendo succū coriandri cū lacte vl' cerusa ⁊ aceto vl' oleo roſ ⁊ idem facit i igne psico Serapio. Itē coriandoꝝ ꝑpa ratum valz cōtra vertiginē causatum a vapore cali do aut flecmatico.et succus eius distillatus i oculo se dat eius pulsatōnē.et coriandoꝝ valz in tremore cor dis dando eius puluerē cum aqua borraginis.



Custuta flachsseiden oder seiden vff flachs

Custuta est res inuoluta sup̄ linū est calidum in p̄rio et siccum citra sc̄dm. Est mūdaficatiuū ⁊ purgatiuum melācolie p̄cipalit̄ sc̄dario flecma. isto mō. R. custute scolopēdrie añ. m. j. polipodij. radic. esule folioꝝ sene añ. ʒ. floꝝ violaꝝ boraginis añ. m. ʃ. oīa bulliant in vio ⁊ aq̄ añ. lb. j. aceti paꝝ ad ꝯsumptōnē tercie p̄tis colatū. dulcore. cū zucro ⁊ fiat pot⁹ sumend⁹ vts

postea sumantur pillule sequentes. ℞. masse pillula᷑ de lapide lasuli masse pillula. stomaticaꝶ añ. ʒ. ſ. tur bit. ℈. ſ. zinciberis ǧ. iij. misce cum siropo de scolopē dria et fiant pillule. ix. vel sumat᷑ diasene. ʒ. ſ. cũ p̄di-cta decoctõne loco pillulaꝶ postremo sumat᷑ diacala mentum vel diacaper᷑. p cõfortatiuis. Valet eciã p̄-dictus siropus aperiendo cõtra opilatões splenis. epatis ⁊ renum. Ad idem valet decoctõ custute cũ sco-lopendria ⁊ semĩb᷒ diureticis scʒ semĩe feniculi petro silini in vino. Idem potus ꝓuocat vrinã ⁊ ꝯfert ycte ricie que fit ab opilatõne splenis ac epatis. ⁊ iuuamē tum prestat ꝓprie febrib᷒ infanciũ cũ zucro dulcora-ta iam dicta decoctõ. Item decoctõ custute est bõa stomacho et maxime quando miscet᷑ cũ ea anisiũ api um ⁊ galange Serapio. Confortat eciam stomachũ ⁊ aufert qd̄ in eo est fixum de sup̄fluitatib᷒ decoctõ iã dicta. Et quando bibitur cũ aceto sedat singultum et aperit opilatões cũ vino potata. Et aqua decoctõ-nis eius est mirabilis ad ytericiam Et decoctõ eius ⁊ anisi ⁊ scabiose ꝯfert dolori pungitiuo ventris. quia mundificat sordes intestinoꝶ ⁊ matricis ⁊ renũ. Aui-cenna. Item eius cõplexio est scd̄m cõplexionē her-be cui adheret. quoniam fit calida p adherenciã cali de herbe seu arboris. ⁊ fit frigida p adherenciam fri-gide. Pandecta.



Ciperus wildegalien

Ciperus est ca. ꝛ sic. in scđo ꝛ est herba triangularis. Et radix eius cōfert vsui medicine. habet virtutem diureticam. ideo valet cōtra stranguiream dissuriã et cōtra lapidem ꝛ tali modo fit vsus. R. radic. ciperi bene triti. radi. petrosilini añ. ʒ. vj. seminũ apij feniculi saxifrage añ. ʒ. j. omnia ꝯtusa buliant in vino ad consumptōnem tercie partis colatum cũ zucro dulcoretur ꝛ fiat potus. Ad idem valet cathaplasmatō cum cipero bulito cōquassato in oleo ꝛ applicata pectini

procerto pvocat vrinam humores dissoluēdo. Et dcoctio radicis ciperi in vino cū saxifraga 7 cum siringa in virgam iniecta lapidem frangit p certo cōfert Item valet cōtra dolorem stomachi et intestinoꝝ ex frigiditate 7 ventositate p̄dicta potio. vel ad idem valet vinū decoctōnis ciperi cum cinamomo: habꝫ enī confortare virtutem digestiuam. Item decoctio ciperi triti ī oleo fere vsqꝫ ad ꝯsumptōꝫ postea sup carbones ponat̄ 7 paciens recipiat fumum p os 7 per nares: optimum remedium est in litargia. i. obliuiōe seu apostemate flecmatico. Puluis radicis eius positus vulneribꝫ putridis putredinē tollit Platearius Itē vsus eius facit bonum colorem 7 bonū odorem oris. Item ciperus tritus 7 mixtus cum succo paralisis et parum olei castorei valet ad dolorē iuncturarū ea tepide vngēdo 7 neruos debilitatos. Itē frequēs vsus radicis ciperi inducit lepram quia adurit sanguinem Auicēna. Item decoctio ciperi cōfert putredini narium 7 oris 7 mollificatōni gingiue. Et vinū decoctionis eius confert distillatōni vrine 7 debilitati vesice valde 7 frigori eius vehementer et similiter opatur in renibus. Similiter confert frigori matricis 7 emoroidibꝫ auxilium prestat emplastrando cū decoctōne ei9 Et decoctio eius superi9 dicta valet febribꝫ inueteratis ex flecmate. Serapio. Pandecta. Platearius.



Celidonia Schelwortz

Celidonia calida est ⁊ sicca in quarto gradu. Et sunt due spēs scz maior et minor. tamē vna ꝑ alia potest poni. Et cū in receptis repitur radix non herba debz poni. Radix est maioris efficacie. Virtutē habz dissoluēdi ꝯsumendi ⁊ attrahendi. Confert dolori dencium ex frigida causa. radix aliquantulum trita ⁊ circa dentem dolentem teneatur. Confert eciā ad caput purgandum a frigidis humoribꝰ. ⁊ vuluam repletam flecmate exiccare habz Radix celidonie trita coquat̄

et paciens fumū per os recipiat. postea fiat gargari-
sma ex celidonia in vino cocta et colato addat parū
zinciberis ꝛ piretri ꝛ paꝝ aceti ꝛ mellis ꝛ valebit. Itē
celidonia trita ꝛ in vino cocta ꝛ spongia infusa ī tali
decoctōne intestinis applicata valet in colica passio-
ne. Confert eciam ad mēstrua ꝓuocanda ꝛ ad matri
cem mūdificādam fiat fomētum crebre ipi matrici ex
aqua decoctōis ipsius. Item aqua decoctōnis ipsius
cū melle mixta valꝫ ad cancꝝ oris addendo puluerē
rosaꝝ siccaꝝ in modū pulmenti. Item puluis radicis
celidonie cū succo celidonie mixtus valet ad fistulas
ori eius immittendo. Platearius. Et succus celido-
nie vel aqua eius in qua sit dissoluta tuthia vtilis est
ad visum confortandū in quo cernit̄ aliqđ grossum se
cūdum pupillam. Quidam recipiūt vinū decoctiōis
eius radicis ꝯtra yctericiam Diascorid. ca. de celido
nia dicit. Succus celidonie maioris melle coctus suꝑ
carbones oculoꝝ maculas detergit. Item succus celi
donie cū paꝝ sulphure quo vngat̄ cutis eius scabiem
detrahit ꝛ vngues leprosos excludit. Succus ei⁹ mel
li mixtus naribꝫ infusus caput purgat. Pandecta.
Idem dicit Serapio aūtoritate Diascorid.



Catapucia Springkrawt

Cathapucia calida est in tercio et humida in secũdo gradu. Quãdo aũt in receptis repit̃ fructus nõ herba debet poni remoto exteriori cortice. Et cathapucia viridis virtutẽ habz pricipaliter purgãdi flecma secũdario melancoliam et colerã. Habet eciam virtutem purgãdi humores p supiora ex vnctuositate et lenitate quam habet. vnde qñqz satis ɔfert sanis pro preseruatõne sanitatis. Et datur eciam egris ad egritudinẽ remouendam cõtra febrem quottidianam de

flecmate salso ex quo generatur scabies. Isto modo fiat potus. ℞. catapucie scabiose fumiterre añ. m. j. radic. esule minoris polipodij. añ. ʒ. v. custute folior̄ sene añ. ʒ. ij. omnium istor̄ fiat bulitō in aqua in eius colatura addat̄ par̄ mellis despumati ⁊ fiat siropus digestiuus ⁊ laxatiuus. Ad idem fiat claretum capiēdo catapuciam tritam cū speciebꝫ scꝫ cinamomo. galanga ⁊c̄. cum vino par̄ decoquat̄ cum melle miscendo ⁊ per saculum distillando vt moris ē ⁊ multum valebit del catis pacientibus febrem quottitianam. Idem eciam modus prodest podagricis Item in iure eciam carnium recencium vel alior̄ cibor̄ tale claretum potest misceri. Confert eciam vinū decoctōnis cathapucie in yliaca passione. Idem presidium prestat cōtra paralisim ⁊ artheticam cū radice esule ⁊ herba nomīe premula veris decoquendo cum par̄ mellis despūati miscendo. Item puluis cathapucie cū par̄ cinamomi in ouo sorbili sumptus vel in prodiis sumendo sine molestia purgat humores flecmaticos. Et virtus folior̄ cathapucie est debilior granis. Et grana. xv. excorticata ⁊ mixta cū par̄ aloepatici et par̄ mastice ī modum pillular̄ purgant flecma ⁊ colerā ⁊ humiditates aquosas ⁊ prouocat nauseam ⁊ vomitū. Et ꝯfert eciam potus decoctōnis eius cōtra scabiem ⁊ in lepra auxilium prestat et lumbricos laxando expellit. Serapio. Pandecta.



Cucumer kurbis

Cucumer est frigidus ꝛ siccus in scdo. Semen in receptis assumitur. Et semen citrulli ꝛ cucurbite ꝛ melonum ꝛ cucumeris sunt fere eiusdem virtutis. Ista semina sedant caliditatem et coleram et prestant cucumeres et citrulli ꝛc. malum chinium ꝛ preparant ad humoꝝ putrefactiōꝫ ꝛ ad febres. Et semē cucūeris melius ē seīe citrulli. Citrull⁹ lōgioris ē digestiōis. cuius vsus generat febres cronicas. cui⁹ nocumētū expellit

anisum a vehementia inflatõnis stomachi. Itẽ habẽtes sincopim calidam odorantes ipsum reuiuiscunt Item succus cucumeris vł citrulli ꝛc. sedat sitim. Et quando bibit̃ de radice eoꝝ cũ yoromelle facit vomere humorem subtilem eo magis quando huic commisceatur decoctio cathapucie. Et succus eoꝝ cõfert doloribus testiculoꝝ ꝛ vesice. Et semina predicta sunt diuretica ideo p̃cipue medicine cõpetunt. Et valẽt eciam semina cõtra opilatõnem splenis ꝛ epatis renũ ꝛ vesice ꝛ cõtra apostemata pectoris a corticibus exterioribꝫ mundata vnde conterant̃ in aqua et ordei coquant̃ ꝛ colatum cũ paꝝ zucri misceat̃ ꝛ confert p̃dictis discrasijs. In acutis eciam febribus precipue tercianis cõtinuis vel interpellatis cõfert decoctio q̃tuor seminũ predictoꝝ in modũ siropi tali modo dispẽsando. ℞. decoctõnis quatuor seminũ frigidoꝝ ꝛ succi endiuie añ. lb. ij. floꝝ violaꝝ vuaꝝ passularũ añ. ℥. ß. seminũ lactuce portulace ordei inube sebesten añ. ʒ ij. prunoꝝ damasceni numero. vij. buliantur omĩa cũ predictis succis ꝛ paꝝ aceti ad cõsumptõnem tercie ꝑtis colatum dulcoret̃ cũ zucro albo ꝛ fiat sirop⁹ sumẽdus vt sup̃ in alijs capitulis insinuatũ est. Postea sumatur electuarium ᵭ succo roſ. ℥. ß. cũ paꝝ caſſ fistulis miscendo ꝓ laxatiu[illegible]. Postremo sumat̃ tria sandali vel diarod. albat. ꝓ cõfortatiuis. Idem siropus vꝫ acute febricitantibꝫ epaticis ꝛ ethicis ꝛ alienaliter ꝑ vrinã purgat ꝛ laxat. Pãdecta. Serapio. Plateař.



Calam⁹ siluestris — xvil
der calmis

Calanus siluestris aromaticus est calide ꝛ sicce com
plexionis. ꝛ habet virtutem subtiliandi et fortificãdi
sua aromaticitate. Et ꝓuocat vrinã et mẽstrua bona
ꝓuocatõne notanter vinum decoctõnis eius cũ asa-
rabacca ꝛ abrotano cũ pаꝝ melle ðspumati dulcorã
do. de quo sumatˀ in potu mane et sero ꝓ qualibet vi
ce in quãtitate medij ciphi. Et tales herbe relicte p⁹

decoctõnẽ calide applicent̃ circa femoralia matricẽ aptat ꝑ ꝓuocatõne menstrui. Similit̃ valet vinũ de coctõnis calami silvestris cũ gramine et semine apij et ebuli ꝯtra ydropisim ex cã frigida addẽdo colato paꝝ zucri. Idem eciam cõfert distillatõni vrine scilicet stranguirie ⁊ egritudinibꝫ renũ. Et quando pessarium fit ex herbis relictis post ꝺcoctõnẽ iam dictam ꝓuocat menstruum ⁊ cõfert dolori matricis. Ad idẽ valꝫ balneum in quo sint p̃dicte herbe bulite qꝺ balneum aufert matrici dolorẽ Serapio. Item emplastrũ factũ ex dicto calamo cum sanamũdi ⁊ radice diptami mutuo cũ oleo cõquassato cõfert ⁊ auxiliũ magnũ prestat in fractura crurium vel in eoꝝ cõtusione ideo in lingua vulgari sumit sibi suum ꝓprium nomẽ asscriptum sue virtuti nomĩe beyn welde cũ eius virtus in restauratõne crurium dissolutõnem cõtinue paciencium vel cõtusionẽ. patet ꝑ expienciam. Et radix huius calamisilvestris est multũ aromatica ⁊ simĩlis calamo aromatico. Valet cõtra dolorẽ stomachi ⁊ intestinoꝝ ex frigiditate ⁊ ventositate. Vinũ ꝺcoctiõis eius cũ cinamomo ⁊ galanga digestionẽ ꝯfortat. vl' det̃ pulvis eius cum galanga ⁊ cinamomo ⁊ paꝝ zucri in modũ tragee.



Canapus Haniff

Canapus est calidus et siccus in scdo gradu. Semē canapi est maioris efficacie q̄ herba qd̄ exiccat exiccatione forti. Et habet virtutē resoluendi inflatōnes ꝛ ventositates ideo vz ipsum admīstrare in ydropisi ex frigida causa. Et qn̄ nimiū comedit̄ expssio sui succi d̄siccat sperma. Et quidā exprimūt succum ei⁹ qui distillat̄ in aurem ꝛ sedat dolorē eius potenter. Serapio: Et radix quando coquitur cum radice malue et solatri in modū emplastri valet apostematibus calidis.

Et cortex est idoneus ad faciendū funes. Et de ꝓprie
tate eius est q desiccat humiditates que fiunt ī auribꝫ
qñ distillatᷓ in eis ex oleo eius. Et quādo aliquis vti
tur succo expsso a semie facit sodam Et folia canapi
cū abrotano in lixiuio bulita ⁊ caput inde lauetᷓ. delet
furfures ⁊ facit ad piloꝝ longitudinē. Et eius nutri-
mētū ñ est ꝯueniēs stomacho qꝛ dure digestionis ex
istit. Item semen eius educit ventositates. Itē succꝰ
tociꝰ herbe applicatꝰ vulneri dolorē eiꝰ mitigat Itē
siropus acetosus de zucro exhibitus post sumptionē
ipsius canapi aufert nocumētum prestitū ex esu ipsius
canapi. cū canapus sit multū euaporatiuꝰ vaporum
ad cerebꝝ vnde generatᷓ soda siue dolor capitis. ob id
siropus acetosus de zucro p̄fatus tale nocumētū au-
fert. Item ex decoctōne radicis et semīs canapi cū ce
rusa ⁊ oleo rosaꝝ fit emplastꝝ apostematibꝫ calidis
⁊ erisipile. Item cū comeditᷓ succus semīs canapi ī ci-
bis facit stomachū dolentē dolere ⁊ facit eciam ma-
lum humorē in stomacho eructuare. huic obuiat dia
ciminū qđ est ventositatū resolutiuum.



Daucuscretic⁹ fogelnest

Daucuscreticus calidus ꝛ siccus in tercō gradu cui⁹ flores magis cōpetunt vsui medicine ꝙ̄ folia ꝛ radix minime .cuius due ſunt ſpecies ſcꝫ daucuscretic⁹ qui maioris eſt efficacie.et eſt daucusaſininus q̇ exiſtit cibus aſinoꝝ.hic innuitur daucuscreticus. Uirtutē habet diſſoluendi cōſumendi attenuandi ꝛ eſt diureticū Contra frigidū aſma ꝛ tuſſim de frigida cauſa cōfert detur vinum decoctōnis eius ꝛ ficuum ſiccaꝝ cū liq̄ricia ſi ſit talis diſcraſia ſine febre .ſed cū febre detur

aqua decoctõnis daucicretici 7 ficuũ siccaꝝ liquiricie. Et detur eciam dyapraſſiũ cũ vino decoctõnis eius ĩ cauſa frigida. vel cũ aqua decoctõnis ei⁹ in cauſa calida. Confert eciam vinũ decoctõnis ei⁹ cũ aniſo cõtra groſſam ventoſitatem. vnde yliaca paſſio ſepenumero impregnari habꝫ. Contra ydropiſim de frigida cauſa detur talis ſirop⁹. ℞. floꝝ dauci. m. j. ſeminum apii feniculi petroſilini. aã. ℥. ſ. Radicũ bruſti ſpargi aã. ʒ. ij buliantur in vino 7 aqua aã. lb. j. ad ꝯſumptionẽ fere medietatis 7 colatũ dulcoret̃ cũ parũ mellis deſpumati 7 fiat potus ſumendus vt ſupra q̊ conſumpto ſumant̃ pillule de miſerion. Et poſtremo exhibeant̃ dialacca vel diacoros pro cõfortatiuis. Talis eciam potus iam dictus opitulat̃ opilatõne ſplenis ac epatis. 7 vias meatuum vrinaꝝ apetit. Talis autem potus matricẽ mũdificat 7 extergit a ſuis ſuꝑfluitatibꝫ ſine moleſtia miſcẽdo cũ triffera magna nicolai. Vł fiat peſſariũ inde cũ triffera cui miſceat̃ pulnis dauci 7 paꝝ mirre in oleo buliendo 7 matrici ĩponatur. Item cõtra viciũ lapidis 7 contra ſtranguireã et diſſuriam valet vinũ decoctõnis dauci. Platearius. Pandecta. Serapio.



Diptamus Diptam

Diptamus calidus ꝛ sicc⁹ in tercō gradu ī calidis lo
cis lapidoꝝ ꝑcipue repit̃. Radix diptami maioris est
efficacie ꝙ̄ herba. ꝛ radix ī receptis repit̃. Eligēda est
radix que interi⁹ habꝫ solidā substāciā nō perforatā
virtutē habꝫ dissoluēdi cōsumēdi attrahēdi venenū
vnde ꝑcipue valꝫ cōtra morsum aīaliū venenosorum
ipsa herba trita cū succo ceparū et applicata morsui
miro modo valebit. Potus eciam factus ex dipta-
mo. et arthimesia. et sanamundi. et auriculamuris.

cum vino decoquendo valz vulneratis ab intra sumē do ꝛ istū potum vulgares reputant ꝓ magno secre- to ꝛ talis potus ab intra vulnerata membra consoli dat vt experiencia docet. Sed pulvis diptami cū ce- rusa ꝛ paꝝ terpētine miscendo in modū vngēti ꝙ ab extra applicaẗ vulnus cōsolidat. Item ad mēstrua ꝓ uocanda ꝛ ad fetū mortuum ꝛ ad secūdinam educēdā valet potus factus ex decoctōne diptami ꝛ arthime sie ꝛ abrotani cum vino ꝛ paꝝ mellis despumati. Ad idem valet pulvis diptami cū mirra ꝛ succo arthime sie miscendo in modū pessarii matrici īponēdo qđ ef- ficacia magnam habet in ꝓuocatōne menstrui ꝛ ali- orum vt sup̄. Confert eciam iam dictus potus cōtra stranguiriam ꝛ dissuriam. vł vinū decoctōnis radicis diptami cū succo absinthei cōtra dolorem stomachi ex vsu fungoꝝ tactum. Item cōtra frigidū asma fiat decoctō ficuum siccaꝝ in vino ꝛ exprimaẗ cui misce- atur pulvis diptami. Item decoctio diptami cū ebu lo ꝛ apio in aqua ꝛ cū paꝝ mellis despumati confert cōtra ydropisim ex frigida causa. Item qñ fricaẗ cor pus in balneo cum decōctōne diptami valet contra yctericiam. Item quando sternitur hec herba in do- mo fugat aīalia venenosa. Platearius. Pandecta. Serapio.



Esula mior kleinwolfworz

Esula est calida et sicca in tercio. cui⁹ radix vsui medi-
cine competit habet virtutem purgandi flegma prin
cipaliter et melancoliam Confert esula contra febrē.
quotidianam. similiter valet contra artheticas passi
ones scilicet contra podogram. cirogram et contra
paralisim et contra yliacam passionē et ꝯtra ydropi
sim ex frigida causa isto modo. ℞. radicis esule radi-
cis petrosilini. ebuli radi. acori. aā. ℥. j. semis feniculi
seminis apij et anisi. aā. ʒ. ij. masticis cinamomi. aā.

℥.j.et bis fiat decoctō in aqua lb.ij.et cum zucro dul
coretur colatum et fiat siropus sumendus ut supra
digestiuus et laxatiuus . Et si delicati abhorrerent
talem potum decoquantur radices esule cum carni
